



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

iiij. De varijs modis quibus ferri solet suspensio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

scopus commisit simplici Sacerdoti facultatem audiendi confessiones, & postea illum ab audiendis confessionibus etiam sine scriptis suspendat, nec peccat Episcopus, nec in practicas penas incurrit. Cuius rei haec ratio est: quia suspensio haec non est proprie suspensio, quae est censura, sed inhibitio, & reuocatio confessionis iam factae. Quare sicut Episcopus a principio simplici verbo facultatem audiendi confessiones committere potuit, ita etiam ex post facto simplici verbo potest illam reuocare potest; & sicut simplici verbo potest illam in totum reuocare, ita etiam & in parte, & ad tempus utendo nomine suspensionis. Sin autem Episcopus parochum ab audiendis confessionibus suspenderet sine scriptis, grauius peccaret, & penas de c. cū medicinalis, incurret; quia est vera, & proprie dicta suspensio, & ei competit ex officio.

20 Et quod diximus de Episcopis, pari ratione dici potest de Abbatibus, & Prioribus Religionum; communiter enim non peccant Praelati Religiosorum suspendendo Religiosos sibi subditos ab audiendis confessionibus sine scriptis. Et quidem si illos suspendant ab audiendis confessionibus Religiosorum ipsorum, res est certa, quia confessiones eorum audire, non incumbit illi confessorio, nisi ex commissione superiorum, ideoque totam potestatem, si velit, reuocare poterit nudo verbo, sicut dedit, & multo magis potestem; Sin verò suspendat illum ab audiendis confessionibus quorumcumque, etiam laicorum, est maxima difficultas, eo quod potestas audiendi confessiones laicorum ipsis ex delegatione suorum superiorum non incumbit, sed ex Summi Pontificis delegatione. Quia in re licet Paludanus ubi supra, art. 3. Concluf. 10. parum dubitet, nec ita tuto affirmet, dicit tamen etiam tunc superiorem penas illas non incurtere, quia etsi Religiosus potestatem audiendi confessiones accipiat a summo Pontifice, illam tamen absolute, & simpliciter a Papa non accipit, sed cum subordinatione ad superiores Religionis: immo post Concilium Tridentinum, vt habetur Sessioe 23. de reform. ca. 15. etiam cum subordinatione ad Episcopos, ita vt nullus Religiosus confessiones secularium audire possit, nisi ab Episcopo per examen approbatus fuerit; nullus autem ab Episcopo approbari potest, nisi prius de vita, & moribus a superioribus approbetur. Cum igitur facultas haec non nihil pendeat a commissione superioris, probabilissimum est quod a Paludano, superiores confessorios huiusmodi solo verbo suspendere possit.

dimis superioris peccet, irregularis tamen non est, & que huius ratio sit.

- 11 Irregularitas non nisi in casibus a iure expressis incurritur.
- 12 Prohibitio exercitij ordinis superioris in suspēso ab inferiori unde nasci censetur.
- 13 Suspensio ab ordine inferiori exercendo, uel cōferendo, ab inferioris exercitio, uel collatione non suspenditur.
- 14 Suspensio a collatione Diaconatus, ordines minores conferre potest.
- 15 Suspēsus ab actione determinata, ab alijs actionibus, quae illi non sunt annexae, non suspenditur.
- 16 Suspensio ab altaris officio, reliqua Sacerdotij munera sine peccato exercere potest.
- 17 Suspensio ab altaris officio solemniter baptizare, & alia Sacramenta conferre potest.
- 18 Suspensio ab uno certo officio, ab alijs muneribus ei non annexis quare non censetur suspensus.
- 19 Suspensio ab aliquo, in quo plura fundantur, an ab alijs in illo fundatis sit suspensus.
- 20 Iurisdictio Ecclesiastica in ordine fundatur.
- 21 Fundamento sublato, quod supra fundatum erat, consistere non potest.
- 22 Executio rei fundatae a substantia ipsius rei, non autem ab executione fundamenti dependet.
- 23 Operatio rei fundatae ab operatione fundamenti non dependet.

Varius ac multiplex suspendendi modus tum in iure tum ab homine reperitur, quia nobis prius repetendus, postea verò explicandus est.

Primus est simplex, & absolutus, explicato solo suspensionis nomine, tacito tamē a quo quis suspensus sit, vt cū suspensio sic fertur, *Suspendo te*, Quae suspendendi forma habetur in c. cum bonae, de etat. & qual. & in c. vt Clericorum, de vita & honest. Cler. & in cap. 1. de vsur. lib. 6. & in Clem. 1. §. ceterum, iuncta glos. in verbo, suspensionis, de priuileg. & in Extrauagan. 3. tit. eod.

Secundus est suspendo te ab ordine.

Tertius, ab ordine Pontificali.

Quartus, a Pontificalibus.

Quintus, a collatione ordinis.

Sextus, a collatione determinati ordinis.

Septimus, a Iurisditione.

Octauus, ab aliquo alio ordine particulari.

Nonus, ab officio.

Decimus, ab officijs diuinis.

Undecimus, ab aliquo particulari officio.

Duodecimus, a beneficio, vel beneficijs.

Decimus tertius, ab officio, & beneficio.

Decimus quartus, ab officio vel beneficio.

Decimus quintus, ab administratione Ecclesiae in spiritualibus, & temporalibus.

Decimus sextus, a perceptione Sacramentorum.

Decimus septimus, a collatione Sacramentorum.

Decimus octauus, ab ingressu Ecclesiae. De quibus omnibus in particulari in sequentibus late dicemus. In praesentiarum solum generales quasdam Regulas ad praedictorum intelligentiam afferemus.

2 Prima igitur Regula sit, Suspensio ab ordine inferiori prohibet exercitium non solum illius ordinis, sed etiam omnium ordinum superiorum; ita vt suspensus a Diaconatu, nullum exercere possit actum Sacerdotalem; Quae Regula non solum procedit in exercitio ordinis suscepti, sed etiam in collatione ordinis; unde Episcopus suspensus a collatione ordinis inferioris, verbi gratia, subdiaconatus, suspenditur simul a collatione superiorum, ita vt Diaconatum, vel presbiteratum conferre nequeat; sicut qui epistolam cantare non poterit, nec Euangelium canere valet. Quae regula colligi potest ex glos. in cap. 1. in verb. ordinum, de temp. ordin. lib. 6. Hostiensium cap. 11.

Bb 3 clus.

De variis modis, quibus ferri solet suspensio. Cap. III.

S Y M M A R I V M.

- 1 Suspendendi varij sunt modi, & quinam illi sine.
- 2 Suspensio ab ordine inferiori, etiam ab exercitio ordinum superiorum suspenditur.
- 3 Episcopus a collatione ordinis Diaconatus suspēsus, presbiteratum conferre nequit.
- 4 Cui quod minus est, non licet, nec ei quod maius est licere debet.
- 5 Suspensio ab officio praedicandi ab actibus Diaconatus, et ordinum superiorum suspensus non est.
- 6 Particula restrictiue [Tantum, solum] & [Duntaxat] quid in censuris positae significant.
- 7 Episcopus primam tonsuram illiterato cōferens a collatione primae tonsurae est suspensus.
- 8 Suspensio ab eo, in quo peccauit, a quibus censetur suspensus.
- 9 Suspensio a Diaconatu, quamuis Missam celebrare non possit, ab alijs tamen muneribus Sacerdotij non suspenditur.
- 10 Suspensio ab ordine inferiori, quamuis exercendo actū or-

ctus, de temp. ordi. in antiq. & Panor. in c. vel non est cō-
 pos. nu. 5. eod. tit. & lib. Angelica, verbo, ſuſpenſio, 3, nu.
 3. Summa Aſtenſi, part. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 1. t. Summa Pi-
 ſanella, verbo, ſuſpenſus, §. vlt. Tabiena, verbo, ſuſpenſio,
 nu. 5. verſ. Quarto, Sylueſt. verbo, ſuſpenſio, nu. 5. verſ. Et
 ſimiliter, ſi ſit collatione, Henriquez lib. 13. de excom. &
 ſuſpenſ. ca. 32. §. 2. Alphonſo Vivaldo tit. de ſuſpenſ. nu.
 137. & Coſimo Philiarcho de officio Sacerd. lib. 4. par. 1. c.
 1. Thoma Zerula, in praxi Episcopali, in verbo, ſuſpenſio
 §. ad ſecundum. Toledo lib. 1. Inſtruct. Sacerd. cap. 12. Vgo-
 lin. de cenſur. Eccleſ. Tab. 4. cap. 6. §. 6. nume. 3. & eſt com-
 munitis Regula omnium Summiſtarum, & Canonitarū,
 & facit quod dicitur in l. Relegatorum, §. ſin. ff. de interd.
 vbi Vlpianus, ait, [Alicui & vnus honor interdici, ſcilicet,
 poteſt, ſic tamen, vt ſi cui honore vno interdicitum ſit, non
 tantum cum honorem petere poſſit, verum nec eos quo-
 que, qui eo honore maiores ſunt; eſt enim per quā ridicu-
 lum, eum, qui minoribus penę cauſa prohibitus ſit, ad ma-
 iores aſpirare.] Ratio eſt; quia ſi quis indignus eſt ordine
 inferiore, indignior multo eſt ſuperiore, argum. l. qui indi-
 gnus, ff. de Senator. & l. cui pacto, ff. de ſeru. expor. cui eni-
 4 num quod minus eſt, non licet, nec ei quod maius eſt, lice-
 re debet, arg. c. cum illorum, de ſent. excom. & ibi gloſ. in ver-
 bo minora, & c. cui licet, de reg. iur. lib. 6.
 5 *Hæc tamē Regula ſic generaliter ab auctoribus poſi-
 ta, nonnullas exceptiones, ſeu limitationes habet, Qua-
 rum*
*Prima eſt, Quod ſuſpenſus ab officio prædicandi, etiam
 ſecundum illos qui tenent eſſe actum proprium ordinis
 Diaconatus, non eſt ſuſpenſus alijs actibus, nec Diacona-
 tus, nec ordinum ſuperiorum. Sic Nauar. in Man. cap. 27.
 num. 163. verſ. Octauo, & fauet Angelica, verbo, ſuſpen-
 ſio, 3. numero 8. & ratio eſſe poteſt; quia quando ſus-
 penditur ſolum ab officio prædicationis, videtur ſo-
 lum ſuſpendi ex defectu doctrinæ, vel ratione modi
 prædicandi, & ideo aliorum ordinum exercitium non
 impedit.*
 6 *Secunda eſt, Quando ſpecialiter, & ſolum a minore Iu-
 dex ſuſpendere voluit, & id ſuſpendens manifeſto ſignifi-
 cat, quod ſit quando ſuſpenſio ab ordine inferiori facta
 eſt cum particulari reſtrictiua, Tantum; Solum; Duntaxat,
 vel ſimili (Cum enim cenſura vis ex ſententis volunta-
 te dependeat, arg. cap. cum voluntate, de ſent. excom. & l.
 cum quid, ff. ſi cert. pet.) ab eo tantum ſuſpenſus erit, a quo
 7 Iudex voluit; quo modo, Episcopos, qui primam tonſurā
 illiterato conferri, vt habetur cap. ſina. de temp. ordin. li. 6.
 a collatione tantum primæ tonſuræ ſuſpenditur, non autem
 a collatione ordinum aliorum, vt notat gloſ. in d. c. ſi-
 na. in verbo, Duntaxat, quia id Pontifex ibi ſignificauit.
 Pari ratione, vbi quis ſuſpenditur ab eo, in quo peccauit,
 & ob eam rationem, vt cum dicitur, *vt in quo peccauit, in
 eo puniatur* illum ſolum ordinem exequi, aut cōſerre pro-
 ni detur, non maiores, quia per talem cauſæ particularis af-
 ſignationem ſuſpenſio illa coarctatur, arg. l. Regula. §. ſin.
 de iur. & facti ign. iura namque que penam imponunt per
 verba indefinita, ad id tantum referuntur, cui, ex delicto
 iniuria facta eſt, arg. c. ſi compromiſſarius, de elect. li. 6. &
 quia ſuſpendens, hoc loquendi modo, ſe id velle ſignifica-
 re tacitus videtur.*

9 *Tertia eſt, Quando maius ſine illo minori haberi, &
 exerceri poteſt arg. cap. ex literis, verſ. communiter, de ex-
 ceſſ. prælat. vnde licet ſuſpenſus a Subdiaconatu, vel Dia-
 conatu, eo quod miſſæ factum eorum ordinum func-
 tionibus adhibitis celebrauit, ob eam rem a Miſſa celebra-
 da ſuſpenſus ſit, non tamen ab alijs muneribus Sacer-
 dotij ſuſpenditur; alioquin, quod vna via prohibetur,
 per aliam fieret, contra c. cum quid vna via, de Reg. iur.
 lib. 6.*

10 *Quarta eſt, Quod hæc Regula ſolum locum habet quā-
 tum ad impedimentum actuum ſuperiorum ordinum, vt
 non poſſint ſine peccato exerceri, nō autem quantum ad
 irregularitatem tranſgreſſori inducendam. Ratio eſt, quia
 ad iudicandum de peccato ſatis eſt ratio quædam inde-
 centiæ; v. g. ſi quis non eſt aptus ad exercitium actus ordi-
 nis inferioris, multo minus aptus, & indignior erit ad exer-*

11 *citium ſuperioris, & ideo ſi prohibetur ab actu inferiori,
 multo magis ab eo quod maius eſt impediatur. A iudi-
 candum autem de irregularitate, hoc non eſt ſatis ſed ac-
 quiritur textus aliquis a iure expreſſus, cum nemo niſi in
 caſibus a iure expreſſis irregularis iudicandus ſit, cap. in
 qui, de ſent. excom. lib. 6. Arch. in cap. Apofolice, diſtin. 5. ſcā
 princip. & in cap. excommunicatos, 1. r. q. 3. Felin. in caſu
 audientiam, in ſine, de homicid. vnde Nicolaus Diony. de
 Peruſ. in d. cap. in qui, ait quod qui dicit aliquem eſſe irre-
 gularem, cauſam legis adducere debet. Simon Maiol. lib. 1.
 12 de irreg. cap. 2. num. 2. Que ratio confirmari poteſt, quia
 prohibuit exercitij ordinis ſuperioris in ſuſpenſo ab infe-
 riori, non naſcitur formaliter ex vi ipſius ſuſpenſionis, ne-
 que videtur eſſe in reſpectu ad illum ordinem vera ſuſpen-
 ſio, ſed ſolum eſt impedimentum conſequens ratione in-
 decentiæ, vt dictum eſt, eo quod indecens eſt, vt qui non
 poteſt actum inferiorem, ſuperiorem actum in illo ordi-
 ne exercere poſſit, quicquid Simon Maiolus li. 3. de irreg.
 c. 19. nu. 17. verſ. Nona declaratio. & Sylueſt. in verbo,
 ſuſpenſio, q. 5. §. ſi verò ſit ab ordine Episcopali, ſine textu,
 aut ratione, hunc verbo irregularem eſſe velint, neque Ta-
 bierna, in verbo ordo, 3. quem ille citat, hoc affirmat, vlti-
 genti manifeſtum eſſe poteſt.*

13 *Secunda Regula eſt: ſuſpenſus ab ordine ſuperiore ex-
 cendo, ſue conferendo, ab ordine inferiori exercendo, aut
 conferendo nullo modo ſuſpenſus eſſe cenſetur, vt aucto-
 res omnes in prima regula citati teſtantur, & id colligitur
 ex cap. ſignificauit, de corp. vitiat. ex quo tamen loco non
 recte colligi videtur. Ratio autem poteſt eſſe; quia nulla
 eſt indecentia, vt qui tanquam indignus repellitur ab or-
 dine ſuperiori, admittatur in ordine inferiori. Ex qua re-
 gula inferitur, vt licet quis à collatione Diaconatus ſuſpen-
 ſus ſit, ordines tamen minores cōſerre poſſit, vt docet lo.
 14 Andr. quem referit, ac ſequitur Panor. in cap. vel non eſt
 compos. num. 5. de temp. ordin. & qui a Sacerdotio ſuſpen-
 ſus eſt, alio Miſſam celebrante, Epistolam, aut Euangelium
 ex officio, & ſolemniter cantare poteſt, & ſic Diaconus,
 vel Subdiaconus munera licite exercere valet, ſecus ta-
 men ſi ſiſemet Miſſam celebraret, ex Vgolino Tab. 4. ca.
 6. §. 6. nu. 2.*

15 *Tertia Regula eſt: ſuſpenſus ab aliqua actione determi-
 nata, nullo modo intelligitur ſuſpenſus ab alijs actionibus
 quæ non ſunt annexæ illi a qua eſt ſuſpenſus, id eſt in eod-
 em ordine actionum, vt exempli gratia, ſuſpenſus ab of-
 16 ficio prædicandi, Euangelium cantare poteſt; & ſuſpenſus
 ab altaris officio, reliqua Sacerdotij munera ſine peccato,
 aut irregularitatis nota exercere poteſt; ex gloſ. in cap. ſi-
 gnificauit, in verbo, officium. & ibi Panor. nu. 2. de corp.
 vitiat. & colligitur manifeſte ex d. c. ſignificauit, vbi eu-
 dam preſbitero conceditur, vt Sacerdotij officium exer-
 ceat abſque altaris miniſterio. Quæ regula colligitur ex d.
 c. ſignificauit, & ex c. 2. & c. ſeq. de Cler. percuff. vbi a Miſ-
 ſarum celebratione quis tantum ſuſpenditur, & Sylueſt.
 in verb. ſuſpenſio, num. 5. Nau. in Man. c. 27. nu. 160. verſ.
 Tertio dico, & num. 163. verſ. Quinto inferitur. Vgol. Tab.
 4. ca. 6. §. 6. nu. 4. vnde ſic ab altaris officio ſuſpenſus, & ſo-
 lenniter baptizare, c. conſtat, de conſecr. diſt. 4. Sacramen-
 tum poenitentia miniftrare, arg. c. omnis vtriuſque ſexus,
 de poenit. & remiſſ. Extremam vnctionem conferre,
 17 Trid. ſeſſ. 14. cap. 6. ſponſas benedicere, arg. c. 1. & c. 3. de
 ſecund. nupt. & Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform. matrim. Mot-
 tuos vſitatis cærimonij ſepelire. Panor. in d. cap. ſi ſig-
 nificauit, numer. 2. Aquam baptiſmalem, arg. cap. Tribus, &
 c. Sabbato Sancto, de conſecr. diſt. 3. & aquam benedi-
 ctam qua fideles aſperguntur, conſecrare, & benedicere
 poteſt, arg. cap. Aqua, de conſecr. d. 3. hæc enim omnia Sa-
 cerdotis munera ſunt. Ratio huius Regule eſſe poteſt.
 Quia hic ceſſat ratio illa indecentiæ, & cauſa prohibiti-
 onis alterius; quod ſi eſſet cauſa aliqua cur vtræque actio-
 nes prohiberentur, ad iudicem vtramque actionem ex-
 18 mtere pertineret. Deinde ſicut ſuſpenſus ab vnus officio, in
 actione reliquis eiſdem functionibus licite exercere, ita ab of-
 ficio determinato ſuſpenſus, ab alijs muneribus et non an-
 nexis non eſt ſuſpenſus.*

19 *Quarta Regula eſt quæ a plerique aſſignati ſolet, vt a*

panorm. in cap. cum dilectus, num. 20. de consuetud. Angelica, verbo suspensio 3. num. 3. Syluest. verbo suspensio, num. 6. Tabiena, verbo suspensio, nu. 4. v. s. Tertio, in qua communiter conveniunt Summiste, aut saltem maior pars eorum, quod suspensus ab aliquo, in quo plura fundatur, consequenter ab omnibus suspensus est, quæ in illo fundantur, vt exempli gratia, in ordine fundatur Iurisdicção Ecclesiastica, & beneficium, cum sine ordine neutrius horum quisquam capax esse possit; deo inferunt præfati DD. suspensum ab ordine, consequenter a iurisdicção, & ab omni beneficio Ecclesiastico esse suspensum. Id quod duplici regula probari videtur, vna Naturali: quia sublato fundamento corrumpunt omnia, quæ super illud fundatur; Altera verò Canonistarum propria est: quia sublato principali tolluntur omnia accessoria, sed non e contra, arg. cap. cum quid prohibetur. & cap. accessorium, de reg. iur. lib. 6.

In hac tamē re duo dicenda esse verius existimo *unum* est, Quod id quod inferunt, vel assumunt tanquam exemplum, falsum est; Quamvis enim duæ illæ Regulæ allatæ veræ sint, quantum ad ipsarum rerum substantiam, siquidem sublato fundamento, quod supra fundatum erat, consistere non potest; quantum tamen ad actus exercitium veræ non sunt; quandoquidem manente substantia fundamenti, & substantia rei, quæ supra ipsum fundatur exercitium ipsius fundamenti; Siquidem, executio rei fundatæ ab executione fundamenti non dependet, sed a substantia ipsius rei: vnde quatenus homo, nec exerceat, nec exercere possit ipsius ordinis actum, actum tamen Iurisdicçãois exercere poterit.

Alterum est, Quod nec substantia ipsius Regulæ certa & fixa est, immo mihi valde dubia videtur, vt ex ratione allata manifestum est; Quia postquam manet substantia rei fundatæ, operatio ipsius nulla ratione ab operatione fundamenti dependet, & proinde quarta hæc, quæ passim ab auctoribus regula ponitur, aut non vera, aut non certa, & stabilis esse videtur.

De octo primis Suspendendi modis.

Cap. IV.

SYMMARIUM.

- 1 Suspensio his verbis [Suspendo te] lata quid operetur, utria sunt Doctorum sententia.
- 2 Suspensio in iure simpliciter lata, de suspensione ab officio, & beneficio simul intelligi debet.
- 3 Genus de omnibus suis speciebus æque dicitur.
- 4 Suspensio ab homine simpliciter prolata, qualiter intelligenda, & quid in tali casu agendum sit.
- 5 Suspensio his verbis [Suspendo te ab ordine] lata omnem actum cuiusque ordinis prohibet.
- 6 Suspensio ab ordine an iurisdicçãois actum in ordine fundatum prohibeat.
- 7 Tonsura prima propriè ordo non est.
- 8 Iurisdicção Ecclesiastica quamvis sine ordine esse nequeat, usus tamen iurisdicçãois sine ordinis vsu esse poterit.
- 9 Suspensus ab ordine an ab actu primæ tonsuræ censetur suspensus.
- 10 Suspensus ab ordine an cum alijs in choro canere queat.
- 11 Suspensus ab ordine Pontificali solum actus proprios ordinis Pontificali prohibet.
- 12 Electus, & confirmatus episcopus, ante consecrationem actus iurisdicçãois exercere potest.
- 13 Suspensio a Pontificalibus solum actum apparatus Pontificali, seu insignia Pontificalia prohibet.
- 14 Suspensus a Pontificalibus Missam priuatam celebrare non prohibetur.

15 Suspensio a Pontificalibus plura quam suspensio ab ordine Pontificali prohibet.

16 Iurisdicção ad apparatus Pontificalem non pertinet.

17 Suspensus a Pontificalibus an violando censuram irregularis efficiatur.

18 Suspensio a collatione ordinum, cuiuscunque ordinis collationem prohibet, non autem primæ tonsuræ, & quare.

19 Suspensio a collatione certi ordinis lata, illius tantum ordinis determinati collationem directe prohibet.

20 Suspensus a iurisdicçãoe, nec beneficia ecclesiastica conferre, nec censuras ferre potest.

21 Suspensus a iurisdicçãoe, a peccatis in foro conscientia ab solvere nequit.

22 Suspensus ab aliquo certo ordine quid scire, aut non facere possit.

Quod Primum suspensionis modum, qui his verbis, *Suspendo te*, fertur, non satis inter se conveniunt Doctores, quid hæc verba operentur. Quidam enim, vt Glos. in Clem. 1. §. ceterum. in verbo Suspensionis, de privileg. & ibi Ancha. num. 22. v. s. Duodecimo, & Zabar. num. 5. v. s. Septimo, & Felin. in cap. penult. in fine, de sentent. excom. hac forma verborum, suspensionem ab officio latam esse putant. Burgasius in tract. de irreg. par. 6. in tit. de sent. suspens. num. 2. §. quatuor alias refert hæc de re sententias, Quarum

Prima est, Altissiod. quem etiam plerique sequuntur, in hac suspensione attendendam esse causam huius suspensionis; & inuenta causa, examinandos esse Canones & iura, & videndum, si qua suspensio in iure inveniatur lata pro illa causa, & de illa intelligi debere hanc suspensionem; Quod si vel ignoret, & causa, vel nulla inveniatur in iure suspensio, tunc ait, attendendam esse qualitatem delicti, & secundam illam iudicandum. At certe, sententia hæc obscura est, & multos scrupulos, & perplexitates non paucas generat, quod est maximum malum, & denique dubia & incerta est.

Secunda est Antonij de Butrio in ca. At si Clerici, de iudic. dicentis; quando nihil in particulari exprimitur, intelligendam esse suspensionem ab officio, quæ sententia eadem omnino est cum altera illa quam glossa, & aliorum esse diximus. Quæ sententia nullum pro se fundamentum habet, nulla enim maior ratio est, cur hæc verborum forma intelligi potius debeat suspensio ab officio, quam a beneficio; vel cur potius a toto officio, quam a parte officij, vel ab vno ordine potius quam ab omnibus.

Tertia est Vincent. in ca. Quanto, de magistr. quem refert Ioann. de Lign. in cap. latores, de Cler. excom. ministr. & Addit. ad Panor. in cap. penult. in litera A, de sent. exc. Imola, in cap. cum dilectus, de consuetud. & Ioann. And. ibidem dicentium, intelligendam esse de vtraque, scilicet, de suspensione ab officio, & beneficio, & fauet Innoc. ex Syluest. in verbo suspensio, nu. 5. in fine. Innocentius enim nullam videtur differentiam ponere inter suspensionem simplicem, & suspensionem ab officio, & beneficio. & Palud. 4. d. 18. q. 7. art. 3. conclus. 8. idem significat, ait enim, quod suspensus simpliciter, intelligitur ab omni officio, & beneficio suspensus, & nihil potest, quod homo prohibere potest, & ingerens se diuinus est irregularis. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 170. licet non loquatur de suspensio, de interdicto tamen simpliciter, ait omnia illi vetari, quæ per interdictum prohibentur. Et hæc etiam sententiam ex recentioribus sequuntur Henriquez li. 13. de excom. & suspens. cap. 32. §. 1. & Vgol. de cens. Eccles. Tab. 4. c. 14. §. 1. & Cosmus Philarchus lib. 4. de officio sacerdotis, par. 1. cap. 1. de qua sententia quid ipse sentiam, ex sequentibus constabit.

Quarta est dicentium simpliciter suspensum a nulla re suspensum esse; Quia sententia incerta nomen sententiæ non meretur, Cuius sententia quæ sine certa quant. profertur, per totum, & h. cum ex pluribus, ff. de fideicommiss. libet.